

vestigiis ad tempus usque in quo hæc scripta sunt, et ita verum Hebræorum Deum suscepere, ut patrios non abjecerint. Quod servaverunt, opinor, usque ad Evangelii tempus, quando celesti illustrati lumine sœniora cogitârunt. Hæc de toto capite; sed quia ex illo multa deducuntur, quæ valde ad Samaritanorum mores et instituta pertinent, quorum nomen in novo Testamento frequens, idè de illis aliquid explicatius afferamus necesse est. Ad quam rem non parùm nobis lucis atque materię præbebit Epiphanius in hæresi Samaritanorum, quæ est 9; Abulens. hic q. 24; Toletus et Pereira, uterque in cap. 4 Joannis.

Qui sint Samaritani, quas illorum conditio et institutum, unde translati fuerint, qui in Evangelio sæpè dicuntur Samaritani, vidimus nuper, qui à Cuthâ civitate, ex quo plures aut fortassè nobiliores in desertam illam civitatem confluerunt, Cuthæi vocati sunt; quæ compellatio ad longum postea tempus producta est. Sic sanè sæpè vocat Josephus. Acceperunt, ut vidimus, ab Israëlita sacerdote, ritus, et leges, quas in sacrificiis, legitimoque cultu servare debent, et ab aliis multis, ut opinor, qui lateverunt in montium latebris, quæ in eâ regione occurrunt frequentissima. Qui ubi deferbuit Assyriorum furor, in urbem redierunt, in quam à novis incolis admissos existimo non gravatè. Tunc autem illi et amore et studio eorum deorum, in quorum sacris à primis incunabulis parentùm disciplinâ atque exemplo fuerant instituti, illos non abjecere; et quia leonum adhuc et horrebant fremitum, l'univers qu'ils adorent, chacun d'eux se forge un dieu à sa mode; c'est-à-dire, que se le représentant tel qu'il leur plaît, le dépouillant en quelque façon de sa souveraine pureté et de sa divine justice, ils prétendent allier l'impureté de leur cœur et une conduite toute criminelle avec le service qu'ils lui rendent, et avec cette profession extérieure qu'ils font du Christianisme; comme si Dieu pouvait renoncer à cette justice et à cette pureté souverainement attachée à son essence, pour favoriser, ou au moins, pour ne pas punir leurs passions. Que si en considérant on de ce culte extérieur qu'ils lui rendent, à l'exemple de ces anciens peuples, il n'envoie plus de lions pour les dévorer, qu'ils sachent que ces passions mêmes qu'ils nourrissent volontairement au fond de leurs cœurs, sont comme autant de lions qui tuent et qui dévorent leurs âmes, et qu'ils sont intérieurement exposés en proie à la fureur des démons, qui sont comparés par le prince des Apôtres à ces bêtes si furieuses, et qui sont, comme il le dit, continuellement appliqués à observer et à dévorer les âmes qui n'opposent pas à leur fureur une foi vive.

(Sæc.)

et metuebant ungues, quorum vim magno suo malo toties erant experti, Hebræorum Deum amplexi sunt, à quo liberatum iri se credebant. Ex quâ sacrorum, deorumque confusione id consecuti sunt, ut neque omnino essent Israëlita, neque gentiles prorsus, sed monstrum quoddam ex varîa religionum admixtionè concretum. Ex quo fiebat, ut eodem censerentur ordine, in quo gentiles. Sanè Christus eodem numerabat loco, cum dicebat Apostolis Matth. 10: *In viam gentium ne abieritis, et in civitates Samaritanorum ne intraveritis.*

Ex Scripturâ totâ quinque tantum libros legis amplectuntur, quia illos tantum agnoverant illi à quibus primum instituti sunt. Libros namque Regum, et qui scripti sunt à Davide, et Salomone filio, neque ipsa decem tribus, quæ ab urbe templo recesserunt, admiserant, tum quia paulò ante discessionem scripti fuerant, nequedùm omnino evulgati, tum quia in Davidem et Salomonem filium durius animati, propter assidua bella, et à tempore discessionis intestinum odium. Propheta verò omnes aut scripserunt post captivitatem Israël, aut non multò antea. Quæ verò sacra prodit historia de Josue et Judicibus Israel, ea aut non tradiderunt illi qui novos colonos informârunt, aut, quia ad leges ritusque sacrorum non pertinebant, non putârunt referre multùm ad illud quod optabant, nempe ut exitum evitarent, quod à leonibus quoidè durum patebantur. Et si verum est, quod Josephus docet lib. 9, cap. 44, ut pestem effugerent, quæ in eâ regione, ex quâ illam incoluerunt externi, durè grassabatur. Admississe porrò hos Cuthæos, seu Samaritanos, tantum libros legis, tenent Orig. tom. 4 in Joannem, Epiphanius supra, Ambrosius in cap. 9 I Corinth.

Fuerunt autem li Samaritani Judæorum rationibus semper infensi, neque minùs Judæi Samaritanos insectabantur hostiliter, quia vix consentiebant in aliquo, et in plurimis omnino dissidebant. Quod usque adèd illis erat usitatum et frequens, ut proverbiali formâ, qui maxime alicui foret odiosus, Samaritanus vocaretur; sic à Judæis Christus Samaritanus dictus. Ex hoc odio ortum est, ut Judæi non couterentur Samaritanis, ut dixit Samaritana mulier, Joan. cap. 4. Hinc Samaritani quàm maxime potuerunt ardentè instauratiorem civitatè et templi impedire conati sunt, cum ab exilio remigrârunt Judæi, captivitatè solutâ, Esdr. lib. 2, c. 4. Hinc cum se simulatè,

ut opinor, et fraudulenter socios adderent ad templi reditivam fabricam, repulsi sunt, Esdr. lib. 2, c. 6. Quantum fuerit Samaritanorum in Judæos odium, docet Hieron. tom. 3, Ep. ad Algisium, q. 5.

Cum autem in aliquo Samaritani cum Judæis convenirent, in aliis ab illis dissiderent, prout ipsis usui fore putabant, modò se Judæos, modò alienos se à Judæorum religione et genere dicebant: usi eo artificio, quo apud Æsopum vespertilio, qui cum alas haberet à volucri, cæteram formam haberet à mure, modò se murem, modò volucem nominans, bis mortis periculum effugit. Didicerunt Judæis amicum fuisse magnum Alexandrum, et eos beneficiis persecutum amplissimis, et ut illius gratiam sibi demerentur, et beneficia ab eo acciperent similia, è Judæorum genere ortos se esse dicent, et isdem cum Judæis instituti teneri. Ita Josephus lib. 11, cap. 8, ad finem. Cum verò, ut isdem Josephus refert lib. 12, c. 7, accepissent Antiochum Epiphaniem infensum esse Judæis, et adversum illos

#### CAPUT XVIII.

1. Anno tertio Osee filii Ela, regis Israel, regnavit Ezechias, filius Achaz regis Juda.

2. Viginti quinque annorum erat cum regnare cœpisset; et viginti novem annis regnavit, in Jerusalem. Nomen matris ejus Abi filia Zachariæ.

3. Feicitque quod erat bonum coram Domino, juxta omnia quæ fecerat David pater ejus.

4. Ipse dissipavit excelsa, et contrivit statuas, et succidit lucos; confregitque serpentem æneum quem fecerat Moyses, siquidem usque ad illud tempus filii Israel adolebant ei incensum, vocavitque nomen ejus Nohestan.

5. In Domino Deo Israel speravit: itaque post eum non fuit similis ei de cunctis regibus Juda, sed neque in his qui ante eum fuerunt.

6. Et adhesit Domino, et non recessit à vestigiis ejus, feicitque mandata ejus quæ præceperat Dominus Moysi:

7. Unde et erat Dominus cum eo, et in cunctis ad quæ procedebat sapienter se agebat. Rebellebat quoque contra regem Assyriorum, et non servivit ei.

durius aliquid moliri, Judæos se esse negaverunt.

Ex quinque libris legis aliqua observant, nam, ut dixi, alia Scripturæ volumina non admittunt. Primum parentes suos vocant Abraham, Isaac et Jacob, ut probat Samaritana mulier, quæ Joan. c. 4, sic ad Christum: *Numquid tu major es patre nostro Jacob, qui dedit nobis puteum, et ipse ex eo bibit, et filii ejus?* Admisere præterea circumcisionem, de quâ in Pentateuco multus sermo ex Epiphaniò, hæresi 10 de Essenis; deinde purificationes quasdam, quas familiares habuerunt Hebræi. Sanè Epiphanius supra, hæresi 9, ad medium: *« Habent, inquit, alias quasdam decemque consuetudines antiquas, quòd videlicet urinâ se prolunt, ubi ab externis venerint, polluti nimirum; et quòd in aquam esse unâ cum vestibus immergunt, ubi contigerint alium ex aliâ gente. »* De aliis Samaritanorum erroribus vide Epiphanium hæresi 10, 11, 12, 15.

#### CHAPITRE XVIII.

1. La troisième année du règne d'Osee, fils d'Ela, roi d'Israël, Ezechias, fils d'Achaz, roi de Juda, commença de régner.

2. Il avait vingt-cinq ans lorsqu'il monta sur le trône, et il régna vingt-neuf ans dans Jérusalem. Sa mère s'appelait Abi, et était fille de Zacharie.

3. Il fit ce qui était bon et agréable au Seigneur, selon tout ce qu'avait fait David son père.

4. Il détruisit les hauts lieux, brisa les statues, abattit les bois profanes, et fit mettre en pièces le serpent d'airain que Moïse avait fait, parce que les enfants d'Israël lui avaient brûlé de l'encens jusqu'alors; et il l'appela Nohestan.

5. Il mit son espérance dans le Seigneur Dieu d'Israël: c'est pourquoi il n'y en eut point après lui d'entre tous les rois de Juda qui lui fût semblable, comme il n'y en avait point eu avant lui.

6. Il demeura attaché au Seigneur, ne se retira point de ses voies, et observa les commandemens que le Seigneur avait donnés à Moïse:

7. C'est pourquoi le Seigneur était avec ce prince, et il se conduisait avec sagesse dans toutes ses entreprises. Il secca aussi le joug du roi des Assyriens, et ne voulut plus lui être asservi.

8. Ipse percussit Philisthæos usque ad Gazam et omnes terminos eorum, à turri custodum usque ad civitatem munitam.

9. Anno quarto regis Ezechia, qui erat annus septimus Osee filii Ela, regis Israel, ascendit Salmanasar rex Assyriorum in Samariam, et oppugnavit eam.

10. Et cepit; nam post annos tres, anno sexto Ezechia, id est, anno nono Osee regis Israel, capta est Samaria.

11. Et transtulit rex Assyriorum Israel in Assyrios, collocavitque eos in Hala et Habor fluviis Gozan, in civitatibus Medorum.

12. Quia non audierunt vocem Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactum ejus; omnia quæ præceperat Moyses servus Domini non audierunt neque fecerunt.

13. Anno quarto decimo regis Ezechia, ascendit Sennacherib, rex Assyriorum, ad universas civitates Juda munitas, et cepit eas.

14. Tunc misit Ezechias rex Juda nuntios ad regem Assyriorum in Lachis, dicens: Peccavi; recede à me, et omne quod imposeris mihi feram. Induxit itaque rex Assyriorum Ezechia regi Judæ trecenta talenta argenti et triginta talenta auri.

15. Deditque Ezechias omne argentum quod reperit fuerat in domo Domini et in thesauris regis.

16. In tempore illo confregit Ezechias valvas templi Domini et laminas auri quas ipse affixerat, et dedit eas regi Assyriorum.

17. Misit autem rex Assyriorum Tharthan, et Rabsaris, et Rabsacen de Lachis, ad regem Ezechiam, cum manu valida, Jerusalem; qui cum ascendissent, venerunt Jerusalem, et steterunt juxta aquaeductum piscinæ superioris, quæ est in viâ agri Fullonis.

18. Vocaveruntque regem. Egressus est autem ad eos Eliacim filius Heleia, præpositus domus, et Sobna, scriba; et Joahé filius Asapha, à commentariis.

19. Dixitque ad eos Rabsaces: Loquimini Ezechia: Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorum: Quæ est ista fiducia quâ niteris?

8. Il battit les Philistins, et les poursuivit jusqu'à Gaza, et ruina leurs terres, depuis les tours des gardes jusqu'aux villes fortifiées.

9. La quatrième année du règne du roi Ezechias, qui était la septième du règne d'Osee, fils d'Ela, roi d'Israël, Salmanasar, roi des Assyriens, vint à Samarie, l'assiégea.

10. Et la prit; car Samarie fut prise après un siège de trois ans, la sixième année du règne du roi Ezechias, c'est-à-dire la neuvième année du règne d'Osee, roi d'Israël.

11. Et le roi des Assyriens transféra les Israélites en Assyrie, et les fit demeurer dans Hala et dans Habor, villes des Mèdes, près du fleuve Gozan.

12. Parce qu'ils n'avaient point écouté la voix du Seigneur leur Dieu, qu'ils avaient violé son alliance, et qu'ils n'avaient ni écouté ni suivi toutes les ordonnances que Moïse, serviteur du Seigneur, leur avait prescrites.

13. La quatorzième année du règne du roi Ezechias, Sennachérib, roi des Assyriens, vint attaquer toutes les villes fortes de Juda, et les prit.

14. Alors Ezechias, roi de Juda, envoya des ambassadeurs au roi des Assyriens à Lachis, et lui dit: J'ai failli; retirez-vous de moi, et je supporterai tout ce que vous m'imposerez. Le roi des Assyriens ordonna à Ezechias, roi de Juda, de lui donner trois cents talents d'argent et trente talents d'or.

15. Et Ezechias lui donna tout l'argent qui se trouvait dans la maison du Seigneur et dans les trésors du roi; mais cela ne suffisant pas.

16. Ezechias détacha des battants des portes du temple du Seigneur les lames d'or que lui-même y avait attachées, et les donna au roi des Assyriens.

17. Cependant celui-ci envoya Tharthan, Rabsaris et Rabsacés, de Lachis, qu'il assiégerait, à Jérusalem vers le roi Ezechias, étant un grand nombre de gens de guerre, qui, étant venus à Jérusalem, s'arrêtèrent près de l'aqueduc du haut étagé qui est sur le chemin du Champ-du-Foulon;

18. Et ils demandèrent à parler au roi. Eliacim, fils d'Heleias, grand-maître de la maison du roi, Sobna, secrétaire, et Joahé, fils d'Asaph, chancelier, sortirent vers eux.

19. Et Rabsacés leur dit: Allez dire ceci à Ezechias: Voici ce que dit le grand roi, le roi des Assyriens: Quelle est cette confiance sur laquelle vous vous appuyez?

20. Forsitan inisti consilium ut præparares te ad prælium. In quo confidis, ut audeas rebellare?

21. An speras in baculo arundineo atque confRACTO Ægypto, super quem, si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum ejus, et perforabit eam? Sic est Pharaon, rex Ægypti, omnibus qui confidunt in se.

22. Quòd si dixeritis mihi: In Domino Deo nostro habemus fiduciam, nonne iste eujus abstulit Ezechias excelsa et altaria, et præcepit Judæ et Jerusalem: Ante altare hoc adorabitis in Jerusalem?

23. Nunc igitur transite ad dominum meum regem Assyriorum, et dabo vobis duo millia eorum; et videte an habere valeatis ascensores eorum.

24. Et quomodo potestis resistere ante unum satrapam de servis domini mei minimis? An fiduciam habes in Ægypto propter currus et equites?

25. Numquid sine Domini voluntate ascendi ad locum istum, ut demolirer eum? Dominus dixit mihi: Ascende ad terram hanc, et demolire eam.

26. Dixerunt autem Eliacim filius Heleia, et Sobna, et Joahé Rabsaci: Precamur ut loquaris nobis servis tuis Syriacè, siquidem intelligimus hanc linguam, et non loquaris nobis Judaicè, audiente populo qui est super murum.

27. Responditque eis Rabsaces, dicens: Numquid ad dominum tuum et ad te misit me dominus meus ut loquerer sermones hos, et non potius ad viros qui sedent super murum, ut comedant stercora sua et bibant urinam suam vobiscum?

28. Stetit itaque Rabsaces, et exclamavit voce magnâ Judaicè, et ait: Audite verba regis magni, regis Assyriorum.

29. Hæc dicit rex: Non vos seducet Ezechias; non enim poterit eruere vos de manu meâ;

30. Neque fiduciam vobis tribuat super Dominum, dicens: Eruens liberabit nos Dominus, et non tradetur civitas hæc in manu regis Assyriorum.

31. Nolite audire Ezechiam; hæc enim

20. Vous avez peut-être formé le dessein de vous préparer au combat; mais en quoi mettez-vous votre confiance pour oser vous opposer à moi?

21. Est-ce que vous espérez en l'Égypte, ce roseau cassé? Si un homme veut s'y appuyer, ses morceaux lui entreront dans la main et la perceront. Tel est maintenant Pharaon, roi d'Égypte, pour tous ceux qui se confient en lui.

22. Si vous me dites: Nous mettons notre espérance dans le Seigneur notre Dieu, n'est-ce pas ce Dieu dont Ezechias a détruit les autels et les hauts lieux, ayant fait ce commandement à Juda et à Jérusalem: Vous n'adorez plus que dans Jérusalem et devant ce seul autel?

23. Passez donc maintenant vers le roi des Assyriens mon maître; je vous donnerai deux mille chevaux; voyez si vous pouvez trouver seulement autant d'hommes qu'il en faut pour les monter;

24. Et comment pourriez-vous résister devant un seul capitaine des derniers serviteurs de mon seigneur? Est-ce que vous mettez votre confiance dans l'Égypte à cause de ses chariots et de sa cavalerie?

25. Mais n'est-ce pas par la volonté du Seigneur que je suis venu en ce pays pour le détruire? Le Seigneur m'a dit: Entrez dans cette terre, et ravagez tout.

26. Sur quoi Eliacim, fils d'Heleias Sobna et Joahé lui dirent: Nous vous supplions de parler à vos serviteurs en syriaque, parce que nous entendons bien cette langue, et de ne pas nous parler en langue judaïque devant le peuple qui écoute de dessus les murailles.

27. Rabsacés leur répondit: Est-ce pour parler à votre maître et à vous que mon seigneur m'a envoyé ici? et n'est-ce pas plutôt pour parler à ces hommes qui sont sur la muraille, qui seront réduits avec vous à manger et à boire leurs propres souillures?

28. Rabsacés se tenant donc debout, cria à haute voix, en langue judaïque: Écoutez les paroles du grand roi, du roi des Assyriens.

29. Voici ce que le roi dit: Qu'Ezechias ne vous séduise point, car il ne pourra point vous délivrer de ma main.

30. Ne vous laissez point aller à cette confiance qu'il veut vous donner en disant: Le Seigneur nous délivrera de ce péril, et cette ville ne sera point livrée entre les mains des Assyriens:

dieit rex Assyriorum : Facite mecum quod vobis est utile, et egredimini ad me; et comedet unusquisque de vineâ suâ et de ficu suâ, et bibetis aquas de cisternis vestris.

32. Donec veniam et transferam vos in terram quæ similis est terræ vestræ, in terram fructiferam et fertilem vini, terram panis et vinearum, et olei ac mellis; et vivetis, et non moriemini. Nolite audire Ezechiam, qui vos decipit, dicens : Dominus liberabit nos :

33. Numquid liberaverunt dii gentium terram suam de manu regis Assyriorum ?

34. Ubi est Deus Emath et Arphad ? ubi est deus Sepharvaim, Ana et Ava ? numquid liberaverunt Samariam de manu meâ ?

35. Quinam illi sunt in universis diis terrarum qui eruerunt regionem suam de manu meâ, ut possit eruere Dominus Jerusalem de manu meâ ?

36. Tacuit itaque populus, et non respondit ei quidquam, siquidem præceptum regis acceperant ut non responderent ei.

37. Venitque Eliacim filius Helcia, præpositus domûs, et Sobna, scriba, et Joabe filius Asaph, à commentariis, ad Ezechiam scissis vestibus, et nuntiaverunt ei verba Rabsacis.

## COMMENTARIUM.

VERS. 1. — ANNO TERTIO OSEE FILII ELA REGIS ISRAEL, REGNAVIT EZECHIAS FILIUS ACHAZ REGIS JUDA. Parente pessimo natus est optimus filius, anno tertio regis Osee. Quoties regum Juda et Israel anni numerantur componunturque, aliquid se nobis offert impeditum. Quomodo anno tertio, vel quarto Achaz regnum inierit Osee, diximus c. 17, ubi etiam explicuimus, quomodo Osee dici poterit anno Achaz duodecimo obtinuisse regnum. Quòd si Osee regnare cepit anno tertio, vel quarto Achaz, quod videtur omnino esse dicendum, cum Achaz annis sedecim cum regiâ potestate fuerit, videndum est, quomodo primus Ezechia annus in tertium Osee incurrere poterit. Ego hic multa video ab auctoribus afferri, quæ ego idèe fortassè omnino non probò, quia non intelligo. Illud mihi videtur solum magis, si dicamus bis Ezechiam cœpisse regnare, primum cum patre simul anno tertio Osee, qui incidit in septimum Achaz, cum

31. Gardez-vous bien d'écouter Ezéchias; car voici ce que dit le roi des Assyriens : Prenez un conseil utile, et traitez avec moi; venez vous rendre à moi, et chacun de vous mangera le fruit de sa vigne et de son figuier, et vous boirez des eaux de vos citernes.

32. Jusqu'à ce que je vienne vous transférer en une terre qui est semblable à la vôtre, une terre fertile, abondante en pain et en vin, une terre de vignes et d'oliviers, une terre d'huile et de miel; et vous vivrez, et vous ne mourrez point. N'écoutez point Ezéchias qui vous trompe en disant : Le Seigneur nous délivrera.

33. Les dieux des nations ont-ils délivré leurs terres de la main du roi des Assyriens ?

34. Où est le dieu d'Emath et le dieu d'Arphad ? où est le dieu de Sépharvaïm, d'Ana et d'Ava ? Ont-ils délivré Samarie de ma main ?

35. Qui sont ceux de tous les dieux des nations qui aient délivré de ma main leur propre pays, pour que le Seigneur puisse délivrer Jérusalem de ma main ?

36. Cependant le peuple demeura dans le silence et ne répondit pas un seul mot, car ils avaient reçu ordre du roi de ne lui point répondre.

37. Et Eliacim, fils d'Helcias, grand-maître de la maison du roi, Sobna, secrétaire, et Joabé, fils d'Asaph, chancelier, vinrent vers Ezéchias, ayant leurs habits déchirés, et lui rapportèrent les paroles de Rabsacès.

annos esset natus Ezechias viginti quinque, ut statim magis exponemus; deinde cum solus regnum obtinuit, de quo tempore aliter judicandum est.

Alii verè ac propriè dicunt inisse regnum Osee (licet quatuor annis ante occisus esset Phacee Romeliæ filius) anno duodecimo regis Achaz, quia rem indignam aggressus fuit Osee, cum regem suum et Dominum occidit, quæ res magnam illi apud omnes confuvisi indidiam. Quare cum quatuor annos in sedandis turbis consumpsisset, duodecimo anno regis Achaz pacificum cœpit regnum obtinere. Quòd si quis obstrepat dicatque à duodecimo anno Achaz ad decimum sextum ejusdem, in quo parente mortuo regnare cœpit Ezechias, quatuor superesse, atque idèe dicendum esse Ezechiam adisse regnum non tertio anno Osee, sed quarto, responsio ex dictis difficilis non est: potuit enim annus ille quartus imperfectus esse, atque idèe vel omitti potuit,

vel pro integro atque perfecto numerari, ac perinde quartus esse vel tertius. Et hæc magis inclinât Abulens. c. 17, q. 2, et hæc cap. q. Item 2, cui ego labens subscribo.

VERS. 2. — VIGINTI QUINQUE ANNORUM ERAT, CUM REGNARE CŒPISSET (1). Ille gravis oritur

(1) Sunt qui erant, Ezechiam filium ipsi Achaz fuisse non naturâ, sed adoptione et lege, vel tanquam necessarium maxime propinquum adscitum. Alii prodigium comminiscuntur, rati Ezechiam fructum esse à cœlo gratis concessum familiæ Davidicæ et regno Juda. Maluerunt quidam, viginti hosce annos pertinere ad exoritia regni Joatham, patris Achaz, ut hic textus ita reddendus sit: Achaz viginti annorum erat, cum pater ejus regnare cœpisset, adeoque duos et quinque annis agebat cum decessit; Joatham enim regnavit annis sexdecim; quare et geniti Ezechiam anno ætatis suæ septimo, et vigesimo. Verùm hæc solutio totam subvertit œconomiam verborum, atque in sensum longè remotum trahit. Neque magis probare possumus illos, qui mendum in numeros irrepisse suspicantur. Tota igitur difficultatis hujus vis eò redigitur, ut investigemus, utrùm fieri unquam possit, ut genere liberos quis valeat ætate decem, vel undecim annorum. Hoc modò expendendum est.

Bochartus, qui expositionem hujus textus prælixit versavi epistolâ, docet, Achaz, duodecim ætatis annos agentem, figurè Ezechiam potuisse. Id autem contingere potuisse, plurimis demonstrat. Orientales et incolæ feruentium regionum citiùs pubertatem attingunt; adeoque et gignendo pares sunt maturiùs quàm argenti seu temperate regionis indigence. Quod compertum est etiam experientiâ vicinarum nobis, et ferventioris cœli gentium, ut Hispanorum.

Adolescens duodennis, teste Scaligero, decemtem puellam masculini fœtus gravidam fecit Lectori in Provinciâ. Romanis legibus quatuordecim annorum ætas par est connubio; quod utique illæ non præscriberent, nisi nõssent ætatem esse parè gignendo; non ita tamen, ut ante illam ætatem gigni fœtum aliquando non contingat, sed rarò. Tiraquellus producit exempla quædam adolescentium, qui quatuordecim annis minores, et puellarum quæ nondum duodennes genuerunt; laudatque præsertim exemplum recitatum in Glossâ juris canonici, veluti deductum è Dialogis S. Gregorii, quoniam hodiè in illis non legitur. S. Augustinus virum parè esse posse gignendo ait, si decennium agat. Medicorum præscripto, viri gignendo pares sunt anno ætatis tertio et decimo, puella quarto decimo. (Calmet.)

Achaz, dit Voltaire, engendra, selon le texte, Ezéchias à l'âge de dix ans: c'est de bonne heure. Si Voltaire avait approfondi l'étude de l'histoire sacrée, il se serait aperçu qu'il y a des variantes dans le texte et eût supprimé sa remarque. Il est vrai qu'on y lit aujourd'hui qu'Achaz âgé de vingt ans monta sur le trône, qu'il régna seize ans, et qu'Ezéchias, son fils, lui succéda âgé de vingt-cinq ans; mais les exemplaires du second livre des Paralipomènes que les traducteurs grecs, sy-

difficultas, si posteriorem amplectamur sententiam, quam probavimus magis; nam si pater Achaz, cum viginti annos haberet, regnum suscepit, quod sedecim tantum annis obtinuit, necesse est ut triginta sex annos tantum habuerit, cum vitâ functus est; eo verò tempore viginti quinque annorum fuisse dicitur filius Ezechias. Quare undecim annis erat parente minor, atque idèe ab undenni parente genitus est Ezechias, imò et decenni; nam novem mensibus genitus est, antequàm natus. Mihi videtur ita omnino esse dicendum, quod communiter sequuntur interpretes. Abulens, q. 4, putat inchoatos annos Achaz omissos ab historico, ita ut cum fuerit Achaz, cum regnum inivit, viginti et unius annorum, quia tamen annus extremus completus non erat, omissus fuit. Regnavit item annos septemdecim, quorum ultimum, utpote imperfectum, prætermisit historicus. Quare tempus quo vixit Achaz, triginta et octo annorum fuit. Deinde ex viginti quinque annis Ezechia unum detrahit, quia postremus imperfectus, qui cum omitti posset, pro integro tamen numeratus. Quare viginti quatuor annorum erat Ezechias, cum in regnum assumitur, quos si ex triginta octo detrahas, quatuordecim supersunt; non est autem contra naturalem ætatis modum a quatuordenni patre suscipi prolem. Alii communiter ab undenni, vel etiam decenni Achaz, susceptum putant Ezechiam. Ita Hieronymus Epist. 152 ad Vitalem, qui aliis exemplis probat id fieri potuisse, Quâ de re nos pluribus l. 3 Reg. c. 5, ubi de Salomone quæritur, qui decennis existimatur genuisse Roboam.

VERS. 5. — Fecitque quod erat bonum coram Domino (1). Magnum Ezechia: encomium sermone riens et arabes avaient sous leurs yeux, portaient qu'Achaz avait vingt-cinq ans lorsqu'il commença à régner. Il suit de là que ce prince a vécu quarante-un ans, et qu'il en avait seize lorsqu'il engendra Ezéchias, qui devint son successeur à l'âge de vingt-cinq ans. (Duclot.)

(1) *Ezéchias fit ce qui était bon et agréable au Seigneur, selon tout ce qu'avait fait David, son père. Il détruisit les hauts lieux, il brisa les statues, il abattit les grands bois, et il fit mettre en pièces le serpent d'airain que Moïse avait fait, parce que les enfants d'Israël lui avaient brûlé des encens jusqu'alors. Jésus-Christ témoigne que l'on ne peut point cueillir des raisins sur des épines, ni des figes sur des ronces, c'est-à-dire, qu'un méchant arbre ne porte point de bons fruits. Mais il semble que nous voyons quelque chose de contraire en la personne d'Ezéchias, qui étant fils d'un père impie, s'est signalé entre les rois de Juda par une piété extraordinaire. Aussi n'est-ce point par un*

brevi comprehensum, quod pluribus explicatur lib. 2 Paralip. c. 28 et 29, et Escl. c. 48. à versu 19. Qui nihil habuit antiquius. nihil in votis magis quam ut collapsam religionem

effret naturel, mais par une grâce au-dessus de la nature, que ce roi si pieux ne put être corrompu par l'impieeté de l'exemple de son père, et de l'éducation qu'il lui avait procurée. Il fut, selon l'expression de l'Écriture, comme un lis entre les épines, ayant travaillé très-sincèrement au milieu de tant de méchants, à faire ce qui était bon et agréable devant le Seigneur, et à marcher en toutes choses sur les traces de David, ce qui était une louange que le Saint-Esprit a donnée à peu de rois. Car, comme on l'a remarqué auparavant, la fermeté de David dans l'adoration unique du Dieu tout-puissant, et la parfaite sincérité de sa pénitence après sa chute, l'ont rendu digne que Dieu-même dit de lui qu'il était un homme selon son cœur.

Une des premières choses que fit ce prince, fut de détruire les hauts lieux, ce qu'on peut entendre en deux manières, c'est-à-dire, ou les hauts lieux dans lesquels on sacrifiait au vrai Dieu, mais contre son ordonnance, ou les hauts lieux destinés au culte profane des fausses divinités. Saint Augustin semble l'avoir entendu principalement dans le premier sens, lorsque parlant de David, et de ce qu'il fit, Dieu lui donna, qu'il était un homme selon son cœur, et qu'il faisait toutes ses volontés, ce qu'il témoigne néanmoins devoir s'appliquer plus parfaitement au vrai David, qui est Jésus-Christ, il ajoute: Car lorsque l'histoire sainte, ou les actions de ce prince sont décrites, le loue d'une manière si magnifique, elle a eu soin toutefois de remarquer qu'il ne détruisit point les hauts lieux où le peuple offrait à Dieu des sacrifices, contre l'ordre qu'il avait donné à ce même peuple de lui sacrifier seulement dans le tabernacle de l'Alliance, et ces hauts lieux furent détruits dans la suite par un prince de sa race, c'est-à-dire par le roi Ezéchias, à qui l'Écriture donne sur cela de grandes louanges. Quant au second sens, selon lequel quelques interprètes ont entendu ces hauts lieux de ceux que la superstition avait destinés et comme consacrés aux idoles, il faut reconnaître qu'Ezéchias ne les détruisit pas tous, puisque l'Écriture dit dans la suite que Josias, l'un des descendants d'Ezéchias, profana les hauts lieux que Salomon, roi d'Israël, avait bâtis à Astaroth, idole des Sidoniens, etc., qu'il en brisa les statues, et en abrita les bois. Ainsi il paraît visiblement, selon la remarque d'un interprète, qu'Ezéchias, son prédécesseur, n'avait point détruit ces hauts lieux, ni ces idoles, ni ces bois profanes, soit que le peuple ne lui permit point de les détruire, ou peut-être qu'il les négligea comme des choses anciennes et abandonnées.

Une autre chose que l'Écriture loue en ce prince, c'est qu'il fit mettre en pièces le serpent d'airain que Moïse avait élevé dans le désert. Sur quoi Estius remarque qu'il paraît par cet endroit qu'il n'était point défendu absolument aux Israélites d'avoir des figures et des images, mais que la défense de Dieu ne regardait pas

rsstueret, et quæ superiorum regum, et perentis proximè concussit impietas, instauraret solidaretque. Quare quicquid fovere poterat impietatem, et ad impium cultum incantans, aut ignaros allicere, illud undecumque locorum removendum et perdendum curavit.

VERS. 4. — CONFREGITQUE SERPENTEM ANEUM, QUEM FECERAT MOÏSES: SI QUIDEM USQUE AD ILLUD TEMPS FILII ISRAEL ADOLEBANT EI INCENSUM, VOCAVITQUE NOMEN EJUS NOHESTAN. De hoc aneo serpente multa habes et suo loco Numer. c. 21, ubi eo consilio confatus esse traditur, ut intuentes in eum ab ignitorum serpentum morsu curarentur, et Joan. c. 3, ubi quid aneum illud simulacrum portenderet, Christus explicuit: Sicut exaltavit, inquit, Moyses serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in ipsum, non pereat. Historia nota est, cum filii Israel accepissent se ab aneo serpente admirabilem medicinam et singulare beneficium meminissent, primum in honore habuerunt maximo, acceperuntque, servaruntque diu: non quasi in eo aliquid existimarent esse divinum, sed tanquam beneficii ejusdam eximii illustre monumentum. Sensim tamen, et erat populus ille levis, et ad omnem religionem pronus

prement que l'abus de ces images. Car c'avait été, comme il le dit, par l'ordre même de Dieu, que Moïse avait fait ce serpent d'airain, et qu'il l'avait élevé dans le désert, afin que ceux qui auraient été mordus par les serpents, le regardassent et fussent guéris. Et ce serpent, comme le remarque saint Augustin, fut laissé longtemps au milieu du peuple, pour le faire souvenir d'un si grand miracle, et pour être en même temps, à ceux qui avaient la foi, une image toujours présente du vrai Sauveur de tout l'univers, qui a proposé lui-même ce serpent d'airain comme sa propre figure, et qui devrait aussi être élevé au milieu de tout Israël, afin que les hommes que la morsure des serpents, qui figuraient les démons, avait blessés mortellement, trouvassent une guérison véritable par le regard de leur foi vers cet objet tout puissant d'un Dieu mort pour détruire la mort du péché: *Ut mors morte destructa nebit crucifixæ mortis similitudine signaretur.* Mais depuis que ces mêmes Israélites, s'abandonnant à l'impieeté, commencèrent à abuser de la vue de ce serpent, par la manière superstitieuse et idolâtre dont ils lui offrirent de l'encens comme à un dieu, il était très-juste que l'on ôtât à un peuple si porté à l'idolâtrie ce scandale de devant leurs yeux, et ce fut une action très-louable à Ezéchias de l'avoir brisé et mis en pièces, faisant comprendre à ce peuple, par le nom même qu'il donna à ce serpent, que ce n'était qu'un très-vil métal, indigne de leurs adorations: car c'est ce qu'il leur voulut marquer par ce nom de *Nohestan* dont il l'appela. (Sacy.)

ac lubricus, sicut alia gentium simulacra ex ære et marmore, sic etiam hoc ex ære confatum simulacrum, tanquam divinum aliquid amplexus est, illique honores impendit divinos. Quod scandalum, ut ex sua gente penitus aboleret Ezechias, confringi jussit atque comminui, ita ut nullum prioris formæ appareret vestigium. Et ne quid in illius simulacri nomine quicquam sonaret sacrum aut antiquum, quod superiorem memoriam ad nefarium illud et sacrilegum cultum renovaret, nomen mutavit antiquum. Quod fortasse sumpsit ex depulso dolore et sanato ex serpentium morsu lethali vulnere, et vocavit Nohestan. Quasi diceret, in illo serpente nihil esse magnum, nihil vivum, quod ab homine prudenti colit atque observari debeat, cum nihil aliud sit quam vile quoddam æs. Id enim valet Nohestan, quod idem significat quod *as*. Et quia Nohestan, sive, ut est in Hebræo, נְחֻשְׁטָן *Nechustan*, formam habet diminutivam, aliquid etiam indicat vilis, quasi dicas merum æs, aut ærulum, licet vocem novam fingere, seu metallum, vile nempe ac nihil.

Illic tu daemones calliditatem agnosce, qui ea quæ ad hominum salutem excogitavit Deus, ita detorquet atque trahit in alienos sensus atque usus, ut in iisdem laqueum et mortem parat. De quo illud exponi potest Jerem. c. 17. v. 11: *Perdix foret, quæ non peperit.* Qui divinis consiliis atque doctrinis sic incubat, ut homines deludat, et quasi ex viperinis ovis regulum excludat. Quod cum hæreticis nostris experimur quotidie, quibus persuasit ad salutem non esse necessarium penitentiam ac pietati vacare, quia Christus nobis vita et salus fuit. Vide ex quibus ovis, quos factus excludat, ut divina consilia callidè interpretetur atque pervertat. Sic hoc loco aneum illud serpentis simulacrum, monumentum esse debuit, quo excitati homines parentum suorum cognoscerent peccatum, et impositum illis à Domino supplicium, ac tandem oblatam medicinam, et singulare in eà beneficium, ut peccatum horreret, Deum diligerent, et magis essent in viâ Domini constantes quam parentes fuissent. Sed diabolus, qui serpentis in modum in hominum animos sensim illibatur, in eo serpente aliquid persuasit esse divinum, à quo percussis quondam parentes salutem essent concessi. Atque ad eum illi adolebant incensum, et divinis prosequantur honoribus. Addit Eusebius, citatus ab Anas-

tasio Niceno, sublato esse Salomonis libros ab Ezechia, ne quid hominum pietati nocerent. « Libros, inquit, Salomonis, qui scripti erant de Proverbiis, et odis, in quibus tractabatur de naturâ plantarum, et omni genere animalium, et de curatione omnium morborum, de medio sustulit Ezechias: propterea quod morborum medelas inde acciperet populus, et nihil facerent à Deo petere curationes. » Grave damnum putabat religiosus princeps, si homines spem salutis in plantarum animaliumque naturali virtute collocarent, et non potius à Deo sperandum esse remedium. Atque idèd carere maluit homines naturali medicinâ, quam tantumque ea contra vim morborum, potestatem haberet, quam infirmam esse spem, quæ medicorum arte et herbarum virtute niteretur. Eo nomine lib. 2 Paralip. c. 16, v. 12, reprehenditur Asa, quia neque in infirmitate sua quesivit Dominum, sed magis in medicorum arte confusus est. Sanè S. Franciscus Xaverius è nostrâ societate, cum Evangelii gratiâ, in regionem barbaram esset ingressurus, ubi frequens erat venerorum usus et quotidiana cædes, noluit admittere antidota quedam ab amicis oblata, ne quid de spe, quam in Deo semper collocarat, eâ ratione remitteret. Chronicon Alexandrinum librum illum ex Hebræorum sententiâ in muro templi insculptum esse dicit. Sic autem ad Olympiad. 9 de Ezechia: *Quia et volumen Salomonis, ut tradunt Hebræi, de omni genere morborum curando muro templi insculptum reperit et expunxit.*

VERS. 5. — IN DOMINO DEO ISRAEL SPERAVIT. In hoc verbo multa continentur, quæ religionem ostendunt et commendant Ezechie pectus. Qui enim in aliquo sperat, eidem servit diligenter, illum amat et colit, illum consultit, neque ab eo divertit animum, aut oculos; qui sperat in divitiis, ad illas inhiat, illis indormit et invigilat, et ut illas sibi congerat, nihil non tentat, nihil non subit, de quo est illud Horatii, satyrâ 1:

Cum te neque ferivus æstus  
Demevat lucro, neque hiems, ignis, mare,  
ferrum.

Idem fecit Ezechias, dum à Domino sperat omnia, ad quem animum attentum habet, et ad ejus voluntatem rationes suas et consilia confert; neque tam sua servit commoditati ac studiis, quam illis quæ Deo in votis esse videt.

ITAQUE POST EUM NON FUIT SIMILIS EI DE CUNCTIS

REGIBUS JUDA, SED NEQUE IN HIS QUI ANTE EUM  
VIVERUNT (4). Grave est hoc de Ezechie sancti-  
tate testimonium, qui non confertur solum,  
sed etiam præfertur his regibus, quorum  
sanctitas omnium præconio commendatur.  
Querit hic Abulens, q. 17, an Ezechias  
sanctior fuerit Davide et Josiâ, qui Eccl.  
c. 49, v. 5, conjunguntur, dicunturque ex  
omnibus regibus tres illi non peccasse: *Præter  
David, Ezechiam et Josiam, omnes peccatum  
commiserunt*. Nam de regibus aliis nemo dubitat.  
Et primum docet ex genere loquendi non  
significari excellentiam omnimodam, nam  
infra, c. 25, eadem de Josiâ dicuntur, quæ  
nunc audimus de Ezechîâ. Sic enim ibi, v. 23:  
*Similis illi non fuit ante eum rex, qui revertere-  
tur ad Dominum in omni corde suo, et in totâ*

(4) Quoi donc, s'écrie Estius, David ne lui  
a-t-il point été semblable, et ne l'a-t-il pas  
même surpassé en sainteté? A quoi il répond  
que ce n'est point là aussi ce que l'Écriture  
nous veut faire entendre, mais seulement  
qu'entre les rois de Juda, il n'y en eut point  
qui fût semblable à Ezechîâ. Car David n'avait  
pas été seulement roi de Juda, mais de tout  
le peuple d'Israël. Et ce qui fait voir, ajoute-  
t-il, que le Saint-Esprit n'a pas eu dessein de  
préférer Ezechîâ à David, c'est qu'au chapitre  
suivant le Seigneur promet de sauver la ville  
de Jérusalem des mains de Sennachérib, roi  
des Assyriens, à cause de lui-même, et à cause  
de son serviteur David. Il ne dit pas, en parlant  
à Ezechîâ: Je protégerai cette ville à cause  
de vous, mais à cause de David, mon serviteur.  
Quelques-uns croient que cette louange que  
l'Écriture donne à ce prince, de n'avoir eu  
ni avant lui ni après lui nul roi de Juda  
qui lui fût semblable, marque seulement  
qu'il s'est signalé par-dessus les autres par  
quelques actions d'une vertu et d'une piété  
singulière, comme e celle de détruire les hauts  
lieux, en quoi, selon saint Augustin, il a même  
surpassé le roi David; d'avoir mis en pièces  
le serpent d'airain, d'avoir mérité par ses prières  
que l'ange de Dieu tuât une si prodigieuse  
multitude d'Assyriens, et qu'à sa demande le  
soleil ait reculé de dix degrés. Car toutes ces  
choses l'ont rendu d'une façon toute singulière  
incomparable aux rois d'Israël. Et c'est aussi  
en ce sens que l'Église chante tous les jours  
de chaque saint confesseur pontife, qu'il ne s'est  
trouvé personne qui lui fût semblable. Car on  
peut dire de chaque saint qu'il a quelque  
chose de singulier et d'éminent qui le distin-  
gue en quelque sorte des autres, et qui est  
comme le caractère particulier de sa sainteté,  
ce qui n'est connu parfaitement que de Dieu  
seul, lequel est cet ouvrier suprême qui taille  
et qui travaille d'une manière ineffable toutes  
les pierres vivantes qui doivent entrer dans la  
structure toute divine du temple et du corps  
mystique de Jésus-Christ, et qui a la connais-  
sance parfaite de toutes les excellentes qualités  
des ouvrages de sa grâce et de son Esprit.

(Sacy.)

animâ suâ, et in universâ virtute suâ, juxta  
omnem legem Moysi, neque post eum surrexit  
similis illi. Ego ita existimo, sicut etiam Abu-  
lens. q. 17, et alii deinceps plures, in hoc  
dicendi modo aliqui hyperbolice videri,  
quod in Scripturâ sacrâ insolitum non est,  
quod et in profanâ literaturâ non est infre-  
quens, à cuius sermone Scriptura sacra rece-  
dere non solet. Quid in vulgari sermone  
usitatum magis quam comparatione explicare  
id quod gloriosum et magnum significare vo-  
lumus? Sic dicimus: *Quis illo sapientior? quis  
doctior? nemo illo melius de patriâ meritus,  
nemo dignior regno; quo nil significamus aliud  
quàm illum esse valde sapientem, doctum,  
benè de patriâ meritum, et regno omninò  
dignum. Neque eùm ego modò casu dixi:  
Quid in vulgari sermone usitatum magis? nihil  
aliud significare volui quàm illum esse usitatum  
valde: alia enim sunt usitata magis. Sed illud  
credo verius quod idem putat, et eum eo  
frequentes alii, non hic aliis æqualitatem eum  
Ezechîâ, sed similitudinem negari. Dissimili-  
tudo autem in his, qui in aliquo ordine sunt  
æquales, non semper invenitur. Æquales di-  
cimus leonibus aquilas, quia in suo quique  
genere principatum tenent, sed instituto ac  
modo longè dissimili. Æquè utiles republicæ  
sunt, dux, qui manu, et sapiens, qui consi-  
lio juvat. Æquè nobiles dicuntur, poetæ; v. g.,  
licet alii epicis, alii lyricis dederint nobilem  
illam operam. Æqualem gloriam assecuti di-  
cuntur pictores aliqui, in dissimili tamen  
argumento: alii in homine et belluâ, alii in  
sylvâ ac prato depingendis, in quibus, licet sit  
æqualitas in arte et gloria, est tamen in mate-  
riâ gloriæ magna dissimilitudo. Sic etiam in  
sanctitate ac doctrinâ ejusmodi audimus viro-  
rum elogia: dicimus enim aliquos in sanctitate  
æquales, eùm tamen alii vitam egerint solitari-  
am, alii in cœtu hominum vixerint, ubi  
necesse est fieri vitæ ratio longè dissimilis.  
Quare ex illo dicendi modo, nullus in sancti-  
tate colligitur excessus, sed in modo illius  
acquirendæ dissimilitudo. Fuit, opinor, Davi-  
dis non minis quàm Ezechîæ nobilitata san-  
ctitas; nihilominus David non fuit Ezechîâ  
similis, sicut etiam neque Davidi Ezechîâ,  
quia dissimiles inciderunt occasiones et  
tempora, in quibus illorum patientia, aut for-  
titudine exerceri potuit. Hoc modo de confesso-  
ribus et pontificibus canit Ecclesia: *Non est  
inventus similis illi, qui custodiret legem Ezechîæ,*  
quia illi aliquid habuerunt peculiare, quod*

non inventretur in aliis: neque enim fieri pô-  
test ut omnes aliis omnibus superiores sint.

VERS. 7. — UNDE ET ERAT DOMINUS CUM EO,  
ET IN CUNCTIS, AD QUÆ PROCEDEBAT, SAPIENTIA  
SE AGEAT. Ex eo studio, quo divinam volun-  
tatem intuebatur Ezechias, aliis longè postha-  
bitis, quæ captat vulgariarum animorum, aut  
ineffrenata cupiditas, aut præceps ambitio,  
id assecutus est religiosus princeps, ut sapien-  
ter publicas privatasque rationes moderaretur,  
et in illis adiutorem et auspiciem Dominum  
haberet.

Quia valde hic commendatur Ezechîæ san-  
ctitas, neque in quo illa spectari possit, nisi  
strictim hoc loco proponitur, visum est, ut  
quod hic desiderare posset lector studiosus et  
pius, ex lib. 2 Paralip. sumere, et illud para-  
phrastico stylo in hunc locum conferre. Ibi  
enim multa de Ezechîæ religione notantur,  
quæ valde sanctissimi principis et plum ani-  
mum, et præclara cogitata commendant. Quæ  
habemus c. 29, 50, 51. Primum igitur, ut hæ-  
bes c. 29, v. 5, statim atque in regni posses-  
sionem venit, anno primo, primo item mense,  
quæ primum videlicet potuit, valvas aperuit  
templi, quas religionis piæ inimicus et prædo  
impius pater occluserat. 2 Paralip. c. 28,  
v. 14, etiam ea, quæ pater abstulerat, aut  
conceuserat malè, restituit et refecit. Deinde  
cùm sacerdotæ et Levitæ, quorum tutelæ  
ac fidei res sacræ, et sacra ministeria fuerant  
à lege permissa, ad orientalem portam con-  
gregaret, gravem ad illos orationem habuit,  
plenam doloris, pietatis et spiritûs. Monet ut  
scipos primum de more sanctificent; deinde  
templum, quod gentilium sacrorum spurcitiæ  
contaminârunt, emundent et lustrent; ac  
tandem videant, et quod ab illis exigit pietas,  
doleant, tam graviter à parentibus esse pecca-  
tum, ut antiquæ religionis immemores, alienæ  
se tradiderint, et ad hanc faciem, ad illam  
dorsum inverecundè converterint. Quorum eò  
se projecit impietas, ut clauserint valvas, ne  
cui ad templum aditus pateret, extinxerint  
lucernas, et libationes, et victimas, ac omne  
sacrificiorum genus relegârunt; quæ res ad  
interitum penè redegit populum ab antiquissi-  
mis usque temporibus florentissimum. Quare  
sibi visum esse faciendum omninò ut fœdus,  
quod cum Deo olim percusserunt parentes,  
quodque proximè posterorum perfidia videba-  
tur dissolutum, instauraretur denou, nempe  
ut Dominum amplecterentur Deum, ut ille  
ipsum in populum, et suam sibi familiam ad-

mitteret; ut hostilem exuat animum et pater-  
num induat. Hortatur igitur ut quando ad  
ipsum perlinet sacrum obire ministerium, ad  
opus se quamprimum accingant. Quod illi ut  
susceperunt avidè, sic etiam consentientibus  
studii præstiterunt brevi. Purgârunt etenim  
templum, suoque loco reposerunt, quæ sub-  
blata fuerant, sanctificârunt sacram supellec-  
tilem, et quicquid erat sordidum, aut ritus  
redoleret gentiliticos, in Cedronem vallem  
profundissimam, temproque vicinam comport-  
taverunt.

Tunc verò rex, cùm sacerdotum et Levita-  
rum sedulitate omnia esse instaurata et sancti-  
ficata cognosceret, idonea tandem quæ rursus  
ad opera consueva redirent, offerri jussit  
omnium generum holocausta et victimas, tam  
pacificas quàm pro peccato, in eo altari quod  
pater ipsius Achaz à suo loco removerat, il-  
ludque reposerat, quod pro suis victimis  
nefario cultu fecerunt Damasceni. Et ne quid  
ad antiquam celebritatem deesset, instru-  
menta concinnavit musica, quæ statim in tem-  
plo temporibus resonant: cantores advoca-  
vit et instruxit, ut Davidicos Psalmos de more  
cantarent. Quod cum factum esset diligenter  
et splendide, obtulit mente devotâ et supplici  
alia rursus sacrificia eo numero, ut cùm illis  
exorandis, et ad aram disponendis, sacerdo-  
tes, qui tunc aderant, non sufficerent, necesse  
fuerit consecrare alios plurimos, qui  
institutâ à rege sacrificia peragerent. Hæc  
strictim ex cap. 29 lib. 2 Paralipom.

In cap. deinde 50 illa fecit religiosus prin-  
ceps, quæ satis produnt quanto ardore rem  
curaret divinam, et quàm cuperet Deum ab  
illis etiam coli, qui jam dudum à templo, patri-  
triæque religione defeceant. Quare cùm jam-  
dudum decem tribus, ex quo ad vitulos au-  
reos hortatore et duce Jeroboamo defluerunt,  
azyrnorum sacra non obissent, neque memi-  
nissent phase quod illis diebus immolari  
solebat, et duæ tribus, quæ domui adhæse-  
rant Davidicæ, postquam clausa fuerant  
templi fores ab Achaz, illud etiam sacrificium  
intermississent, misit Ezechias non ad Judam  
solum, in quâ ipse tunc dominabatur, sed  
etiam ad Ephraim et Manasse, imò ad alias  
etiam tribus, quæ reliquæ fuerant ex capti-  
vitate Theglathphalasar, ut omnes ad inter-  
missum illud opus convenirent. Quod in  
mensem secundum ideò distulerunt, cùm  
peragi deberet decimâ quartâ lunâ mensis  
primi, quia pro victimarum numero sacerdo-

tes pauci sanctificati fuerant, nequedum populus ad celebratam illam congregatam fuerat in Jerusalem, ideò fortasse, quia illorum annorum intervallum, in quo cum potestate vixit Achaz, aut illius sacrificii oblivione induxerat, aut segnes reddiderat promptos antea atque alacres Hebræorum animos. Cum autem aliquod incidit impedimentum, quominus mense primo ad decimam quartam lunam immolari potuerit phase, cautum est lege, ut illud in mensem secundum ad eandem lunam decimam quartam transferatur. Sic Numer. cap. 9, vers. 10: *Homo qui fuerit immundus super animâ, sive in viâ procul, in gente vestrà, faciat phase Domino in mense secundo, quartâ decimâ die in vespere.* Cum ergo mense primo, tempore nimirum à lege constituto, plurimi essent immundi, plurimi in viâ, quia nondum in loco congregati legitimo, licuit phase in mensem transmitti secundum. Quare, cum nullum esset impedimentum à lege, et ad celebratam illam destinatum à rege tempus religio consuetudoque permitterent, visum est regi, et illis, quos de re tantâ socios ad deliberandum adhibuerat, è re futuram sacrâ et publicâ, si dimissis hinc illiâque cursoribus, cum litteris regis ac publicis Israel totum, quam latè tunc pateret, ad religiosum illud opus iam dudum intermissum, invitarent; quod fecerunt cursores non minus diligenter quam à rege populique principibus fuerat imperatum. Summa verò regis principumque mandati hæc erat, ut etiam atque etiam considerarent, quam legem olim antiquissimi Israelitici populi parentes accepissent à Domino; quam dum posterioribus seculis ipsorum majores abiecerunt, sic sunt crudeliter ab hoste jactati, ut ad interitum penè redacti fuerint. Quare ex parentum infortunis discant, si parentum vestigiis obstinatò haserint, quid suo capiti timere debeant. Quocirca benè suis rationibus consultum iri putent, si religionem illam seriò ac ex animo amplectantur et colant, quam eorum parentes pessimo consilio prodiderunt. Quare veniant omnes ad sanctuarium, quod sibi unum ex omnibus elegit Deus, ut eum habeant patronum et mitem, quem prius hostem et durum experti sunt; neque dubitent si hoc officio à lege religioneque præscripto, placere sibi Deum voluerint, futurum esse, ut filii et parentes, quos Assyrii hostes captivos abegerunt, mitiorem apud illos servitutem habeant, et tandem reduces patriam

videant, ex quâ extorres et miseri nuper excesserunt. A Domino autem si facti intercedat penitentia, quidvis sperari posse, cum ingenio sit miti, et ad miserendum et ignoscendum pronò.

Cum his mandatis cursores ac veredarii regionem totam Israelitidem, quam potèrè maximâ velocitate lustrarunt, qui non eodem ab omnibus animo ac sensu suscepti sunt: quidam subsannabant irridebantque, quasi inepta forent regis consilia, et nullum successum habitura. Addit Hist. Schol. c. 57 in lib. 4 Reg. quosdam ex his cursoribus ab Israelitis occisos, unde in exilium ipsi quoque abduci meruerunt. Meliori mente alii, et in suum usum fore meditati, ut diem illum et celebratam obirent, Hierosolymam profecti sunt. Hi autem fuere ex tribu Aser, Manasse et Zabulon, ideò fortasse, quia propiores erant Assyriis, et eorum cognati apud illos extorres, servilem conditionem nacti fuerant. Duarum verò tribuum, agente Deo, mira fuit ad religiosum illud opus animorum, studiorumque consensus: cum autem regis litteris evocati, quam plurimi in Hierosolymam populi confluerent, interim dum conductus expectatur dies, qui erat decimus quartus illius lune, quæ secundum inchoat mensem, uno spiritu atque impetu eruperunt omnes, et quotquot erant altaria in urbe, quicquid impie superstitioni serviebat, quicquid aliquid aut præ se ferebat aut redolebat gentilicum, id totum dissiparunt, et in profundam Cedronis vallem proiecerunt. Immolato verò phase decimâ quartâ lunâ mensis secundi, immolatæ deinde sunt complures aliæ victimæ, quæ à nobilissimâ victimâ, agno nempe paschali ac typico, phase quoque dicuntur; quæ septem azymorum diebus magno mactantur numero. Cum verò plurimi ex his, qui longè venerant, sanctificati non essent, et immolandis victimis idonei, opus illud sacrificale peregerunt Levitæ eorum loco, et agnorum sanguinem per sacerdotum manus effuderunt. Nilominus ex illis nonnulli, qui è decem tribubus eâ religionis gratiã conveniant, cum desuetudine longâ, quid ab illis sacrificii illius sanctitas exigeret, ignorarent, nondum ritè expiati, cum multis antea modis censerentur immundi, phase cum aliis comederunt. Pro quibus oravit Ezechias, et faciè à Domino exoravit veniam, quia si quid in eo sacrificio peccaverunt, qui tunc primùm illud obierant, non audaciâ et scelere, sed errore et ignoratione lapsi sunt

Eodem animo, quo populus ille ex toto Israelitico tractu congregatus celebravit phase, eò etiam incubuit, ut septem diebus azymorum alia etiam offerret sacrificia, quæ varia sunt, et ut nuper dixeram, à primâ nobilissimâque hostiâ phase dicebantur. Quæ res usque adeò populo molesta non fuit, ut septem alios dies Insuper addiderit, in quibus aliæ plurimæ mactarentur victimæ, sicut septemdiâli spatio proximè fecerat. Fuit autem populo, tam Judaico quam Israelitico, qui ad illud usque tempus censebatur alienus, jucunda illa genialisque solemnitas, tum propter incitatum studium, quò interruptum illud opus restituit; tum quia rex ipse Ezechias, et illius exemplo reliqui populi principes ad sumptus illos sacros necessaria liberali manu contulerunt. Cum autem à rege populique principibus duo taurorum millia, et septemdecim arietum millia forent, quæ septemdiâli solemnitate mactarentur, necessum fuit, ut magna sanctificaretur sacerdotum turba, quæ ritè posset tot hostiarum sacrificia peragere. Fuit autem tanta tamque jucunda eo tempore celebritas, quanta à Salomonis tempore nulla major. Benedixerunt ad extremum sacerdotes et Levitæ populum cum ad suas sedes esset dimittendus; quæ ad cælum usque pervenit, neque difficiles habuit aut surdas divinas aures. Hæc ex cap. 50 lib. 2 Paralipom.

Ex cap. 31 lib. 2 Paralip. hæc desumpta sunt, quæ maximè etiam faciunt ad sanctitatem tanti regis commendandam. Primùm, ubi ritè celebratum fuit phase, et septemdiâli azymorum spatio immolatæ victimæ, populus jam alius à seipso mutato animo, et damnato illorum consilio qui in terram Israelitidem nefarium idolorum cultum invexerunt, conspirantibus studiis, quicquid erat idolorum congregit, succidit lucos, evertit altaria, excelsa destruxit, reliquit denique nihil, quod idolorum cultui ante servierat: idque non solum in Juda et Benjamin, sed in aliis tribubus, quæ Ezechias dominatui non suberant, quales fuerunt Benjamin et Manasse. Quod autem Ezechias in præsentia fecerat, voluit et in posterum esse perpetuum; distribuit enim constituitque suis quoque locis et ordinibus sacerdotes et Levitas, ut sacrificarent et canerent, exereerentque omnia templi ministeria, ad quæ illos et consuetudo vetus, et indicta religio destinarat.

Ne verò ad sacrificia reliquosque sumptus necessaria deessent, omnia in reliquum regia

solicitudi et proluxa liberalitas abundè providit. Ad sacrificium enim, quod, quia mane ac vespere quotidie offertur, iuge nominatur, ad alia item quæ juxta legem Moysis, calendis et sabbatis, et solemnitatibus aliis offerri solent, ex suâ substantiâ et fisco, quantum necesse foret, impendi voluit. Præcepit etiam populo, ut in sacerdotum et Levitarum alimenta, primitias decimasque conferrent, ut ab eâ curâ ministri templi vacui, liberius sacro ministerio vacarent. Quod fecerunt omnes usque adeò libenter atque profusè, ut non solum ad saturitatem sacerdotum Levitarumque familiam explerent, sed etiam ubi illorum sumptibus satis esse à populo provisum, plurima ex communi honorum acervo redundarint. Pro quibus asservandis, in templo horrea præparari jussit, quibus quasi quæstores curatoresque præposuit, qui custodirent omnia, eaque pro cujuscunque meritis numeribusque attemperatè fidei dispensatione dividerent. Providit præterea diligenter ne quid Levitis sacerdotibusque aliis, qui extra templum urbemque debebant, eorumque familiis quicquam ad sumptus necessarium deesset. Tandem enim totis corporis animique nervis in Dei causam et cultum incumberet, omnes illius conatus atque consilia, quibus optare poterit, exitus consecutus est. Hæc est brevis quedam complexio c. 31 lib. 2 Paralipomenon. Nunc redeo ad caput ex quarto lib. Regum interruptum.

REBELLAVIT QUOQUE CONTRA REGEM ASSYRIORUM, ET NON SERVIVIT EI. Verbum *rebello* violatum indicat fœdus et proditam fidem; quare de illo plerumque dicitur, qui cum alteri fidem haberet obligatam, aut aliquid deberet ex servitute et pacto, illud abjuravit. Hic autem non apparet quid negaverit Ezechias Assyriò, quod ante ex servitute et pacto pendere debeverit; cum neque parentem Achaz, neque aliquem ex superioribus regibus Juda vestigium habuerit. Placeat quod visum est Lyra, ideò Ezechiam contra regem Assyriorum rebellasse, non quia illi subjectus fuerit, aut tributarius, sed quia non receperat eum tanquam dominum, sicut fecerunt complures alii reges. Et ideò subditur, *et non servivit ei.* Quòd verò *rebellare* idem sit quòd resistere, docent illi Sennacherib legati, qui infra, versu 20, sic ad Ezechiam: *Forstati iniusti consilium, ut prepares te ad prælium? in quo confidis, ut audeas rebellare?* id est, non cedere potentiori regi.

VERS. 8. — IPSE PERCUSSIT PHILISTEOS USQUE AD GAZAM, ET OMNES TERMINOS EORUM. Ille jam apparere incipit, quod proximè dicebamus, quicquid tentasset Ezechias, felices, favente Domino, habuisse successus. Nam cum Philistæis vicinis atque importunis hostibus bellum intulisset, ad Gazam usque gravi plagâ percussit, et eorum terminos à munitis et frequentibus urbibus, usque ad ignobiles vicos et rusticanas villas deprædatus est. Quæ dicantur custodum turres, diximus supra, c. 27, vers. 9.

VERS. 9. — ANNO QUARTO REGIS EZECHIE, QUI ERAT ANNO SEPTIMUS OSEE FILII ELA, ASCENDIT SALMANASAR REX ASSYRIORUM IN SAMARIAM. Regnum inquit Ezechias, ut vidimus in principio capitis, anno tertio Osee, atque idè anno quartus Ezechias cum Osee septimo concurrat, in quo cepta est oppugnari Samaria. Quæ tandem pro triennali obsidione in hostium potestatem venit, et solum vertere coacta, còque abduci, ubi non multo antea cognate tribus captivæ consisterant. Dicitur autem capta Samaria anno sexto Ezechie, et Osee nono, cum tamen, si utriusque regno tres annos adjicias obsidionis, illius septimus, hujus decimus esse debuerit. Sed est solutio usitata et facilis, quia aut in obsidione, aut in regno annus aliquis imperfectus fuit, qui alii omissus, alibi pro perfecto atque integro numeratus est. (1)

VERS. 15. — ANNO QUARTO DECIMO REGIS EZECHIE, ASCENDIT SENNACHERIB REX ASSYRIORUM AD UNIVERSAS CIVITATES JUDA MUNITAS, ET CEPIT EAS. Quæ hic habes de ascensu Sennacherib, de civitatum vastitate, de intolerabili superbiâ, de horribili exitio, eisdem penè verbis tradita sunt ab Isaiâ c. 36, 37, 38, et antea prædicta cap. 10, et captum aliis in locis non pauca, hic quidem prophetice, illic historice. Sicut etiam lib. 2 Paralipomenon c. 32, et nonnulla Ezech. 48; quare cum idem omnino argumentum sit, eadem penè verba, eadem omnino sit

(1) VERS. 11. — COLLOCAVITQUE EOS IN HILA ET IN HABOR FLUVIIS GOZAN, IN CIVITATIBUS MEDORUM. Pro fluviiis, Serarius et alii censent legendum *fontes*. Unde Vatabl. veritè: *Juxta fluvium Gozan*, et sic veritè noster cap. 17, 6. Hebr. enim est *nehar*, id est, *fluvius*, in singulari; aut certè fluvii vocantur urbes adjacentes fluvii per metonymiam; nam in urbibus habitant homines, non in fluviiis, nisi apud Sinos, ubi tanta est hominum copia, ut terra eos non capit; quare multi in pontibus et navibus fluvium habitare coguntur, teste nostro Nicolao Trigaultio in Historia Chinesis.

(Corn. à Lap.)

commentatio necesse est. Quamobrem que in nostris Commentariis in Isaiam diximus, illa in hunc etiam locum transferemus, cum non minus hic quàm illic locum habeant: illa tantum addemus, quæ ab Isaiâ præmissa sunt, et alibi notata ab auctore sacro.

Nihil hic neque apud Isaiam habemus de illorum præparatione, quæ ad arrendum hostilem impetum curavit Ezechias, quæ habemus libro 2 Paralip. cap. 32, et Ezech. c. 48. Priori loco habemus eo tempore, quo in Judææ finibus insolens grassabatur et victor Assyriorum exercitus, et munitissimas quasque civitates in eorum potestatem venisse, obturata fontium capita, et rivum illum præcipue, qui per mediam terram interfluebat. Quod maximè putant rebus angustis opportunum, quibus aliquid inest prudentiæ militaris.

Et usus ipse docuit hoc uno consilio aut fractas fuisse inimicorum vires, aut ab ulteriori progressu hostem impeditum, cum obturatur, aut indicuntur aque, aut tam equorum quàm hominum cibi corrumpuntur. Quis autem fuerit rivus ille, qui mediam intersecat terram, obscurum est. Sed est, ut opinor, aut fons Rogel, aut aqua Siloe, qui, ut reor, etiam dicitur Gihon, de quo supra lib. 3 Regum c. 4, v. 55. Et quidem obturatum esse Gihon ab Ezechia sub hoc tempus, habemus lib. 2 Paralip. cap. 22, vers. 30: *Ipsè est Ezechias, qui obturavit superiorem portam aquarum Gihon, et averit eas subter ab occidente urbis David*. Qui fons cum rupem alluat, in quâ sita est Jerusalem, deinde latè per terram extra mœnia discurrit, quæ varios præbet usus his qui non longè ab urbe conedèra. Puto autem Ezechiam ad rupis illius fundamenta construxisse piscinam, quæ præterfluentem aquam contineret eo loco ut ex illâ nihil haurire posset Assyrius, Præterea perdidisset rupem, per quam delivri lapsu aquam derivaret in puteos, quos ad observatorum usum intra muros effoderat, id totum habemus ex hoc loco Paral. et c. 48, v. 19: *Ezechias munit civitatem suam, et induxit in medium ipsius aquam, et fodit ferro rupem, et edificavit ad aquam puteum*. Et adhuc clarius lib. 4, c. 20, v. 20: *Reliqua autem sermorum Ezechie, et omnis fortitudo ejus, et quomodo fecerit piscinam et aquaductum, et introduxerit aquas in civitatem, nonne hæc scripta sunt, etc.* Hæc mihi videntur neque improbabilia, neque obscura.

Cum autem civitatis muri, aut vestustate, quæ labefacit et consumit omnia, aut homi-

num injuriâ multis in locis parum haberent firmitatis, illos instauravit solidavitque, et alios etiam addidit extrarios; comparavitque multiplex armorum machinarumque genus, quibus aut propulsaret, aut inferret vulnera. Cum autem consilium bellatorum principes, atque inter eos bellicæ curas esset partitus, orationem habuit plenam dignitatis, quæ omnium animos ad omnem bellorum contentionem armavit, ejus hæc erat summa, non esse metuendas copias Assyriorum innumeras, quarum in brachio carneo futilis est impetus et imbelles robur, cum contra stet Deus, cujus potentia nil est non superabile, quæ verba populo tumultuanti ac timido incredibilem ingenerantur audaciam.

VERS. 14. — TUNC MISIT EZECHIAS REX JUDÆ MUNITOS AD REGEM ASSYRIORUM IN LACHIS, DICENS: PECCAVI (1), etc. Cum prædabundus Senna-

(1) *Alors Ezechias, roi de Juda, envoya des ambassadeurs au roi des Assyriens à Lachis, et il lui dit: J'ai fait une faute; mais retirez-vous de dessus mes terres, et je souffrirai tout ce que vous m'imposerez.* Il semble que l'Écriture nous donnerait quelque lieu de croire qu'Ezechias ne fit point de faute en secourant le joug du roi d'Assyrie, lorsqu'il eut déclaré que Dieu était avec ce prince, et qu'il se conduisait avec sagesse dans toutes ses entreprises, elle ajoute qu'il secourait aussi le joug des Assyriens, et ne put point se résoudre de lui être assujéti; car si le Seigneur était avec Ezechias, et si ce prince se conduisait avec sagesse dans toutes ses entreprises, il n'agit donc point contre la sagesse en secourant de la sorte le joug d'Assyrie. Et ce qu'il dit qu'il avait péché, se peut entendre aisément de la même sorte que ce que disent les trois jeunes hommes dans la fournaise de Babylone, lorsqu'ils déclarent au sultan milieu des flammes, qu'ils avaient péché, quoiqu'ils fussent innocents et justes, et qu'on les eût exposés au feu, à cause qu'ils défendaient la gloire du Dieu tout-puissant. Car les plus justes, se comparant à la justice souveraine du Seigneur, se reconnaissent pécheurs. D'ailleurs, ce roi, quelques éloges que l'Écriture fasse de lui, n'a pas laissé de faire des fautes, comme on le verra dans la suite. Et même, selon la pensée d'un interprète, il pouvait bien regarder et les péchés de son père, et ceux de son peuple, comme ses propres péchés, qui lui attirèrent ces fléaux de Dieu. Que si Dieu ne l'empêcha point d'abord de tomber, comme on l'a dit, dans les pièges de Sennacherib, et s'il permit qu'il épuisât tous ses trésors et tous ceux du temple, pour se racheter avec son peuple de l'oppression d'un si puissant ennemi, c'est sans doute qu'il le voulait engager plus fortement à ne dépendre que de lui seul, en quoi les princes et les sujets doivent faire consister leur vraie piété, depuis que le premier de tous les anges et le premier de tous les hommes ont éprouvé chacun à leur tour que le plus funeste de tous les malheurs où la créature puisse tomber, est de

cherib ad civitatem Lachis accederet, quæ non procul ab Hierosolymis aberat, et omnia omnibus minaretur, statuit Ezechias, ut quem armis non poterat, illum supplicibus votis et oblati muneribus arceret. Quare fatetur ingenue se peccasse, neque recusaturum se quodcumque voluerit pro suo errato imponere supplicium. Ille multa nomine postulat trecenta argenti, et auri triginta talenta numerari. Quod ut regi porrigeret, thesauros templi et regie domus funditus exhaurit; quin etiam valvas templi confregit, et aureas laminas refixit, quibus portas ipse prius incluserat. Sed nihil ab Assyrio illo artificio consecutus est; nam acceptis muneribus obligatæ fidei prostris oblitus, nihil se gessit moderatius ac mitius quàm si repudiatus esset et repulsus. Quare ex eodem loco, et eodem opinor, temporis vestigio, legatos misit, per quos obtinere ab Ezechia voluit, quod ante oblata munera cupiebat, neque contentione quæ antea minoris. (1)

VERS. 17. — MISIT AUTEM REX ASSYRIORUM THARTHAN ET RABSARIS, ET RABSACEN, DE LACHIS AD REGEM EZECHIAM CUM MANU VALIDA. In Isaiâ c. 36, unus tantum numeratur Rabsaces, quæ hic fortassè fuerat in eâ legatione princeps, ubi etiam pro manu valida, manus ponitur gravis. Hebræorum magistri, ut sunt notitias amantes, et rerum levissimis momentis impelluntur, existimant hunc Rabsacem filium fuisse Isaiæ, ut refert super Isaiam Hieronymus, et Augustinus de Mirabilibus Scripturæ lib. 2, cap. 27 et Rabbanus hoc loco. At quo argumento persuasi? quia, inquit, locutus est Hebraicè, quasi unus Isaiæ filius Hebraicè lo-

voulait vivre indépendante du Créateur. (Sacr.)

(1) VERS. 16. — CONFREGIT EZECHIAS VALVAS TEMPLI DOMINI, ET LAMINAS AURI, QUAS IPSE AFFIXERAT. In rebus extremis, cum de salute populi ac regni agitur, fas est utique rebus sanctissimis uti. Hebræus: *Abscidit valvas templi Domini, et firmamenta, vel postes, quas ipse obduerat*. Exuit, decoravit, ait Chaldeus, evulsit laminas metalli, quibus valvæ et postes vestierat; laminæ autem erant aureæ vel argenteæ. Olim templorum fores nitabant sæpè pretiosis metalli ornamentis. Affixat Josephus, fores atrii templi Hierosolymitani cum suis postibus liminibusque superioribus, metallo indutas fuisse; fores vero templi, nempe Sancti, crassioribus auri laminis nitisse. Hæc quidem Josephus de templo post captivitatem restituito: istudne verò Salomonicum magnificentia et opibus superabat? Agit Homerus de foribus ædium Alcinoi, quarum postes erant argentei, valvæ auro vestite. Laminis argenteis fecerat portas quarundam moseharum in Perside, docet Tavernerius. (Cabaet.)

qui didicisset' et quia c. 6 Isaiæ, quidam Isaiæ filius relictus Jasub vocatur, quasi alius filius ad Assyrios transfugisset. Nos pueriles hasce nugas suis auctoribus relinquamus. Gravis manus exercitum validum significat: nam quæ hic dicitur *valida*, 4 Reg. 18 appellatur *gravis*: cui cum occurrere non auderet Ezechias, intra civitatis mœnia se continebat. Ita communiter interpretes. Sed nescio an verius hic *gravis manus sit gravis legatio*, id est, minarum et contumeliarum plena, seu potestas, quam summam permisit Rabsaci rex Assyriorum, ut promitteret ac pacisceretur cum Ezechia regio nomine ac fide, quod ex usu publico fore existimaret. Agebat autem, ut est verisimile, Rabsaces munus legati potius quam ducis. Quare peractâ legatione statim ad dominum rediit, neque exercitum secum habuisse ex eo videtur certum, quia 2 Par. c. 52, totum exercitum apud se retinebat Sennacherib; neque statim ad dominum suum rediisset Rabsaces, si copiosum secum haberet exercitum, adversum quem nihil esset ausus Ezechias. Porro *manus pro potestate sumitur*: quare missus est cum *gravi aut validâ manu*, id est, cum gravi potestate staturandi ut vellet quod ex usu foret. Quo sensu dicit Hispanus: *Diole micha mano para haer y deshacer*.

VERS. 18. — EGRESSUS EST AUTEM AD FOS ELIACIM FILIUS HELCIE PRÆPOSITUS DOMUS, ET SOBNA SCRIBA, ET JOABE FILIUS ASAPH A COMMENTARIIS. De his duobus agit primum Isaias propheticè cap. 22, ubi Sobna, qui hoc loco vocatur Scriba, præpositus appellatur templi, qui idem omnino est atque præpositus domus, qualis hoc loco dicitur Eliacim, ad quem ibi transfereandum esse dicitur munus illud sine dubio sacrum et illustre, quo eo tempore fungebatur Sobna. Deinde idem Isaias c. 56 de iisdem agit historicè, et adducit illa omnia quæ nos in hoc capite commentatione illustrare contendimus. Quis fuerit iste Sobna obsecrari est, de quo nos pluribus ad cap. Isaiæ 22, unde in hunc locum pauca transferemus. Hieronymus sacerdotem summum esse censet, quia super domum esse dicitur: domus autem antonomastice appellatur templum, et ita putat S. Thomas, Dionysius, et alii plures super Isaiam. Adamus negat, qui etiam paulo auctentius loquitur de translatione Hieronymi. Forerius *thesaurarium* putat, et qui curaret, quæ ad templi cultus essent necessaria, consentaneè ad translationem Septuaginta, qui vertunt *ταμια*, id est, *questorem*, seu *dispensatorem*.

De hujus munere nihil hic habemus, nisi quod sit *hhal habeth*, id est, *super domum*, sive, ut veritè Hieronymus, *præpositus templi*: sed infra, c. 56, et c. 57, vocatur *sopher*, id est, *scriba*, seu, ut aliis placet, *thesaurarius*. Et ibidem *Eliacim*, ad quem devolvendum esse dicitur Sobnæ munus, vocatur *hhal habeth*, sicut hic Sobna, quasi jam ante adventum Sennacherib à suo gradu dejectus, expertus fuerit minas quas in ipsum Isaias intorserat. De munere Sobnæ nihil arbitror definiri posse magis certum. Neque magis compertum est propter quod scelus tantum supplicium illi ab Isaiâ denuntiatum sit. Quidam ex Hebræis, ut refert Hieronymus, tradunt Assyriis à Sobnâ proditam esse inferiorem partem civitatis, et sequitur Haymo, neque id improbat S. Thom.; quâ de re pluribus infra c. 57, ubi ex multorum sententiâ dicitur, cum timeret civitatem ab Assyriis expugnatum iri, profugisse ad Assyrios. Sed ab aliis communiter non probatur, et magno sanè merito, tum quia ante adventum Assyriorum jam passus fuerat harum minarum non exiguam partem, quia super domum esse desiderat, in cuius locum suffectus fuerat Eliacim; tum etiam quia nulla pars civitatis venit in potestatem Sennacherib, ut c. 37 prædixit Isaias: *Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyriorum: Non intravit civitatem hanc, et non jaciet ibi sagittam, et non occupabit eam clypeus, et non mittet in circuitu ejus aggerem*. Quare verisimilissimum est Sobnam fuisse hominem insolentis animi, ut liquet ex ambizioso consilio extruendi sibi magnificum sepulcrum; ex quo etiam sequebatur, ut alios despiceret, conculcassetque, quod et textus ipse declarat. Nam cum de successore Eliacim ageret Deus, quasi ejus mitissimos mores opponeret superbo Sobnæ atque inclementi ingenio, dixit: *Potestatem tuam dabo in manu ejus, et erit quasi pater*, in quem sensum accipiunt hæc communiter Patres.

Scriba apud Hebræos est doctor in lege, et nomen honestum valdè, sed fortassè hic forense nomen est, et in regâ domo non ignobile, ut nobilis certè scriba Sobna inter alios principes legationem istam obiit. A commentariis, ille est qui res gestas publicis monumentis consignat, eaque, cum res et tempus exigit, in principis memoriam revocat, qualis erat qui Esther c. 6 factum Mardochei in publicis annales retulit, qui, ut putat Lyræ, is est qui à nobis *cancellarius* nominatur. (1)

(1) VERS. 20. — FORSITAN INISTI CONSILIUM,

VERS. 21. — AN SPERAS IN BACULO ARUNDINEO, ATQUE CONFRACTO ÆGYPTO? Proverbiali specie baculus arundineus fractus, pro infirmo auxilio ponitur, quo tam longè est, ut imbecillum sustentet, ut potius manum apprehendentem violet, compungat et perforet. Accommodatè verò Ægyptus arundo dicitur, quia ad ripam nisi arundo est, et multa, et nobilis, ita ut ad alias provincias ad varios usus comportetur, et ejus provinciæ symbolum et stemma sit, ut in antiquis nummis spectare licet, quâ de re nos plura diximus ad illud Psalm. 67: *Increpa feras arundinis*. Eodem genere sermonis usus est Ezechiel c. 29, v. 6, ad Pharaonem: *Pro eo quod fasti baculus arundineus domui Israel*.

VERS. 25. — DABO VOBIS DUO MILLIA EQUORUM, VIDETE AN HABERE VALEATIS ASCENSORES EORUM. Proponit Rabsaces quid commoditatis habiturus sit populus Judaicus, si jugum velit Assyrium subire. Accipiet enim duo equorum millia, quæ honestorum atque nobilium hominum, non adumenta solum, sed ornamenta sunt. Addit verò Rabsaces non tot futuros viros in Jerusalem, quot equos dabit rex liberalis et peritus Assyriorum. Quod dixit aut hyperbolice, quod sæpè faciunt homines vanissimi, quos vana de se cogitatio insolenter inflat, aut aliorum vires præ se nihili habendas putant; aut certè, quia reverà duo virorum millia in civitate non erant, qui essent exercitui in arte atque studio equestri. Cujus rei duæ possunt assignari cause, vel quia Deut. c. 17, Dominus voluit ne rex Israel equos multiplicaret, vel quia regio, aspera silicibus et salebris passim interca, non erat opportuna equestribus concursionibus. Quocirca eâ loci naturâ tuto se putabant Solymitani cives ab equorum irruptionibus.

VERS. 24. — ET QUOMODÒ POTESTIS RESISTERE ANTE UNUM SATRAPAM DE SERVIS DOMINI MEI? Qui hic vocatur *satrapa*, Isai. cap. 56, dicitur *judex*. Est autem satrapa qui alieni provincie præest, ut ex hoc loco constat. Quocirca UT PRÆPARES TE AD PRÆLIUM? Hebræus: *Dixisti: Est mihi verbum labierum, consilium, et fortitudo ad prælium*. Aliter: *Inanes utique sermones jactasti*: Consilio polleo et viribus ad bellum. Blanditus sibi es, te neque consilio destitui, nec robore ad bellum. Sed vana animo agitas. (Calmet.)

VERS. 21. — AN SPERAS IN BACULO ARUNDINEO ATQUE CONFRACTO ÆGYPTO? etc. Similitudo hæc perferèdè congruit menti Rabsaces; demonstrat enim, regis Ægypti opem debilem esse, fragilem, incertam, quin et periculosam iis qui illi inhiuntur. Afflicta erant vires Ægypti, bello ibi per Sennacheribum gesto. (Calmet.)

*satrapæ* dicuntur, quas nos *jurisdictiones*, seu *diaceses* vocamus. Satrapæ autem non solum legibus rem moderantur communem et publicam in pace, sed etiam cum res possit, res administrant bellicas; quod munus obierunt olim inter Hebræos, qui vocati sunt *Judices*, ut Gedeon, Jephthæ, Samsou, Samuel, quorum in libro Judicum gesta tractantur. (1)

VERS. 27. — UT COMEDANT STERCORA SUA, ET BIBANT URINAM SUAM VOBISCUM. Isaias cap. 56: *Ut bibant urinam pedum suorum*, quod idem prorsus est. Quomodò obscœna pedum nomine significantur, docemus supra Isaiam c. 6, ad illud, *duabus velabant pedes*. Est autem aqua, quæ à pedibus fluit, *urina*, sicut aqua capitis *lacrymæ* sunt, Jerem. c. 9, v. 1: *Quis dabit capiti meo aquam, et oculis meis fontem lacrymarum?* Res verò ad extremam conditionem et angustias adducta his modis proverbialiter explicari videtur: *Ut comedant stercora sua, et bibant urinam pedum suorum*, et similibus. (2)

VERS. 31. — FACITE MECUM QUOD VOS EST

(1) VERS. 25. — NUMQUID SIVE DOMINI VOLUNTATE ASCENDI AD LOCUM ISTUM? Rerum prosperitas superbos spiritus alit, et mala lido homines cæcos reddit. Argumentum patrocinii Domini sumit Rabsaces ex victoriis Sennacheribi: insultat imbecillitati Ezechie, quam in argumentum divinæ destitutionis detorquet. Impietatem et vim domini sui eo nomine commendare nititur, quasi scilicet Deus illas et imperaverit et probavit. (Calmet.)

VERS. 26. — LOCUMUS NOMINUM. SYRIACE, Me tuebant præfecti Ezechie, ne verba Rabsaces terrenter populum, quantum longè et à superioribus mœniibus audientem, rogruntque, ut Syriacè loqueretur secum, ejus sermonis satis peritus, quod vicissim idioma populus ignorabat. *Syriacè* lingue nomine innotuit vernaculus Chaldeorum sermo, qui familiaris erat Nive, et in aula regis Sennacheribi. Hebræi, uti jam supra animadvertimus, censebant, Rabsacem hunc patrem habuisse Isaiam, atque avitâ religione abjectâ, ad Chaldaica sacra transisse. Opinionem hanc probasse Grovius videtur, quantum nullo fallam fundamento, nisi usu lingue Hebræicæ, qui familiaris erat Rabsaci, atque scissione vestium suarum per præfectos regis Ezechie, ad hujus blasphemias inhorrescentibus; id enim nunquam, inquit Judæi, fieri solebat, nisi ad blasphemias Israelitæ ore prolatas. Debiles conjecturas. (Calmet.)

(2) VERS. 29. — NON POTERIT ERERE DE MANU MEA. Hebræus Bibliorum nostrorum legit hodie: *E manu ejus*; quam pariter lectionem exhibent Septuaginta editionis Romanæ. Eripere vos à manibus Sennacheribi Ezechias nullis conatibus poterit. Verum Septuaginta, Complutenses, Vulgata, Syriacus, et Arabis multo melius ferunt: *De manu meâ*. Quæ pariter lectio recurrit in textu parallelo Isaiæ 34, 14. (Calmet.)

UTILE, ET EGREDIMINI AD ME. Isaias cap. 56, v. 16:  
Facite mecum benedictionem. Ubi non petit homo superbissimus Rabsaces à Judæis, secum ut liberales sint, sed potius ut ita se gerant, ut à seipso vel ab Assyrio rege benedictionem obtinere, id est, honestè accipi, et liberali atque benignè manu tractari mereantur. Quod ex hoc capite non obscurè liquet, quem locum ita Septuaginta vertunt: *Si vultis benedici. Benedictio itaque eo loco apud Isaiam passivè sumitur, hoc sensu; ita accipite oblatam à rege conditionem et fidem, ut ab eo gratiam ineatis, propter quam in vos possit esse beneficium (1).*

(1) VERS. 52. — DONEC VENIAM, ET TRANSFERAM VOS IN TERRAM, QUE SIMILIS EST TERRE VESTRÆ. Ita vobiscum se geret Sennacherib, ut cum cæteris devotis gentibus: sedes mutabit vestras, atque aliò vos transferet; si verò spontaneam feceritis dejectionem, ejus nomine spondeo commodam regionem, ejus fecunditati soli vestri ex æquo respondeat. Accidit profectò vicis gentibus commodissimum ac gratissimum, si ad mihiore lenioreque captivitate redigantur. Verbis hisce satis indicat Rabsaces, nullam aliam esse, quam sibi elegit Hebræi partem, nisi ut totos se permittat arbitrario Sennacheribi. (Calmet.)

VERS. 54. — UBI EST DEUS EMATH ET ARPHAD? Miram impudentiam hominum ethnicorum, qui de numinibus ita loquuntur, ita se committunt, illis gerunt tanquam cum parvis puticulis mortalibus! Insultant eorum imbecillitati, tanquam vicis, seque ipsos impudentissime extollunt supra devota hæc nomina, atque extremo contemptu illa traducunt, narrat Suetonius in Caio capite 5: « Quo defunctus est deus (Germanicus) lapidatus esse templa, subversas deorum aras; larses à quibusdam familiaribus in publicum abjectos, partus conjugum expositos. » *Idolum quidem nihil est in mundo, uti docet Apostolus: neque immeritò principes isti insultassent vanis hisce deorum ludibriis, si quidem vanitatem illorum et villitatem viderent. Sed nomina esse fatentibus nonne pœnulum erat injuriis illa et probris afficere? An citra sacrilegium projicere illa in ignem et subvertere fas erat, uti factum reipsè constat? Emath ipsa est Emesa; Arphad, insula Aradus, vel urbis ejus nominis, è regione insulae, in continenti.*

UBI EST DEUS SEPHARVAIM, ANA ET AVA? NUMQUID LIBERAVERTIS SAMARIAM DE MANU MEA? Nusquam alibi legitimus Sennacheribum subjecisse Samaritanos. Commodè igitur reddi potest textus: *Dii Sefarvaim, Ana et Ava, illos non à manu meâ eripuerunt? An liberaverunt eas gentes, que hodie incolunt Samariam? Vel forte Sennacherib sibi arrogat victorias à patribus suis relatas. Capite sequenti, datis Lobna ad regem Ezechiam litteris, Sennacheribis victoriarum suarum honorem in patres suos refert. Animadvertere etiam licet supra, 17, 26, viros illos, qui Asarhaddon renuntiavit, Samariam totam legionibus infestam effeci, ita illum allocutos: Gentes, quas transtulisti et habitare fecisti in civitatibus Samarie, etc.,*

VERS. 37. — VENITQUE ELIACIM FILIUS HELCIE,

GENES HABITAVIT IN CIVITATE SAMARIE, ET

quoniam constat, coloniam hanc, saltem ex parte, à Salmanasaro diu antea ductam fuisse. Cum Rabsaces loquentem induci in Paralipomenis Sennacheribum, illum quidem non ita gloriantem ponit, quasi ipse omnes illas gentes superarit, sed tantum devotas illas fuisse gloriatum à patribus suis. Itaque hic locus paraphrastice reddi potest ita: Ubi sunt Dii Sefarvaim, Ana, Ava et Samaria? An devotas sibi gentes à manu meâ, vel patrum meorum subducere valuerunt? En tertiam aliam conjecturam in eundem textum: Gentes Sefarvaim, Ana et Ava, inviti in Samariam translati, vixerunt ibi aliquandiu sub imperio et servitute regum Assyria; deinde exemplo vicinarum omnium gentium, Judæorum, Ægyptiorum et Arabum, jugum ipse pariter excusserunt: verum Sennacherib ex Assyria movens, ad pristinum imperium et obedientiam illos redegit. Merito igitur ille arrogare sibi poterat: An dii Sefarvaim, Ana et Ava, Samariam novosque incolas suos à dextera mea robore tueri poterè? Cum tamen hæc hypothesis nullo historico monumento firmetur, notat. Ana urbs est facile ejusdem nominis, que adhuc superest, quatuor dierum itinere à Bagdad, occupatque utramque Euphratis ripam, ita firmè, ut Lutetia Parisiorum jacet ad Sequanam: in insula in medio anis, magnifici operis moschæa erigitur. Solum urbi circumjacens ad dimidium leucæ cultissimum est, cætera deserta. Apud Isaiam 36, 19, ubi hic de re agitur, nomina Ana et Ava non leguntur, sed occurrunt in litteris Sennacheribi ad Ezechiam ibidem 37, 43, recitatis.

Hæc sunt que quis attulit pro asserendo opinione certis quibusdam locis nomina hæc Ana et Ava adscribente. Sed non minoribus fulcitur argumentis opinio, que designari hæc idola quædam contendit; reddi enim Hebræus potest: *Ubi est Deus Arphad, ubi est Deus Sefarvaim, Ana et Ava?* ac si ambo hæc nomina Ana et Ava à Sefarvatis colerentur. Nec alia sunt facile nomina quam que superioribus, 17, 51, in Scripturâ commemorantur Adramelech et Anamelech dii Sefarvaim, quibus, ait Scriptura, Sefarvata comburebant filii regni. Eo in loco demonstravimus nomina hæc Anamelech et Adramelech rex benignus, que designare: est enim Adramelech rex magnificus, nempè sol; Anamelech rex benignus, nempè luna, quam religioso cultu dignam Orientales arbitrantur. Expositioni huic favent ea que leguntur inferiis, 19, 15, et Isaiæ 15: *Ubi est rex Emath et rex Arphad, et rex civitatis Sefarvaim, Ana, et Ava?* Est enim ibi rex positus pro idolo sive Deo. Capit. 18, 34: *Ubi est deus Sefarvaim, Ana et Ava, rex et regina cæli, Anamelech et Adramelech?* Hebræi facile nunquibus hisce nomina Ana et Ava deridiculo imposuerunt; reddi enim prius illud potest, *officium, delectus; alterum vero injustus, perversus.* Amabant enim Hebræi probrosius hæc appellativibus gentium nomina traducere: ita pro Mephiboseth et Meriboseth pronuntiabant Miphioseth et Meriboseth: est enim *B. est* confusio, probrum, etc., et cum vox *Bethel* sit domus Dei, locum illum mutat appellatone, tunc vocarunt Bethaven, domus iniqui-

etc., scissis vestibus (1). Cum Judæi blasphemiam contra Deum audirent, conceptum ex eâ dolorem vestium laceratione significabant: ut

tatis, ex quo Jeroboamus alterum ex aureis vitulis ibidem constituit. Haud absimili exemplo vocem *Melech*, sonantem *regem*, in Ana et Ava transmiserunt. Ad urbem Ana quod attinet, Carolus parochus de *Bellium La Pica* apud Carnutum admonuit me per litteras datas die 18 Julii 1724, urbem hæc jacere non quidem ad utramque oppositam ripam Euphratis, sed totam ad unam ripam, cum unico copio in longum satis producto tota constet. Porro de urbe Ona vide finem Missionar.

Arphad verò, de qua in hoc ipso Regum versiculo, credo esse Baphan vel Raphaniam in Syria, quâ de re vide Dictionarium meum Biblicum.

VERS. 56. — TACUIT ITAQUE POPULUS. Scribit Isaias 36, 21, tres viros à rege missos tacuisse, quod ita illis fuisse à rege imperatum, ut

NON RESPONDERENT EI. Cur? — Resp. primo S. Cyrillus Alexandr. in cap. Isaiæ citatum: « Quia, inquit, imperiis sermonibus, et facti barbarico, linguaque contra Deum pecculantibus illicyriari potius, quam reclamare oportuit. » Respondet secundo Procop. ad locum citatum Reg. « Nilil, inquit, ad blasphemias istas responderi passus est pius rex, ne ad majores provocaret. » Respondet tertio Abulensis ibid. q. 44: « Quia ad homines ita ferent prudeniter, ordinatè et cum maturacione; si autem quilibet de populo

## CAPUT XIX.

1. Quæ cum audisset Ezechias rex, seidit vestimenta sua, et opertus est sacco, ingressusque est domum Domini.

2. Et misit Eliacim, præpositum domus, et Sobnam, scribam, et senes de sacerdotibus, opertos saccis, ad Isaiam prophetam filium Amos;

3. Qui dixerunt: Hæc dicit Ezechias: Dies tribulationis, et inerepationis, et blasphemie, dies iste: venerunt filii usque ad partum, et vires non habet parturientis.

4. Si forte audiat Dominus Deus tuus universa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, ut exprobraret Deum viventem, et argueret verbis, quæ audivit Dominus Deus tuus; et fac orationem pro reliquiis que reperta sunt.

5. Venerunt ergo servi regis Ezechias ad Isaiam.

6. Dixitque eis Isaias: Hæc dicitis domino vestro: Hæc dicit Dominus: Noli timere à facie sermonum quos audisti,

feci pontifex Mathæi 26, ut ostenderet se à Christo audisse blasphemiam; et Jerem. cap. 56 graviter notatur, qui cum viderent legis volumen lacerari et comburi, non sciderunt vestimenta sua. Quod etiam in gravi aliquo dolore et luctu faciabant Hebræi. Sic David 2 Reg. 1, audita Saulis et Jonathan caede, et cap. 5 in exequiis Abner; sic Jacob Genes. 37, cum existimavit mortuum esse Joseph. Fuit ergo Ezechias legis duplex causa cur ad dominum suum scissis rediret vestibus, ut et populo ostenderet impiam Rabsacem blasphemiam in Deum exercuisse linguam, et eâ specie atque habitu, quem accepissent dolorem ex legatione infeliciter obitâ, significarent.

« posset respondere Rabsaci, sicut vellet, et esset quedam deordinatio magna, et posset irridere Rabsaces ordinationem quam habebat Ezechias in subditis et negotiis suis. »

(Corn. à Lap.)

(1) Auditis impiis Rabsacis verbis sciderunt vestes pro more, cum quid audiebatur horrendum, triste, vel Deo injuriosum. Exprobrat Scriptura regi Joachim, equeque præfatis, quod non horruerint, neque sciderint vestes audita lectione minarum, quæ vaticinia Jeremie continebant. Princeps sacerdotum scidit vestes ad impias, ut ipse quidem aiebat, Jesu Christi voces. Nec aliter Ezechias se gessit, audito impio Rabsacis sermone, ut in sequenti capite. (Calmet.)

## CHAPITRE XIX.

1. Le roi Ezechias, ayant entendu ceci, déchira ses vêtements, se couvrit d'un sac et entra dans la maison du Seigneur.

2. Et il envoya Eliacim, grand-maître de sa maison, Sobna, secrétaire, et les plus anciens des prêtres, couverts de sacs, au prophète Isaié, fils d'Amos,

3. Qui lui dirent: Voici ce que dit Ezechias: Ce jour est un jour d'affliction, d'outrages et de blasphèmes; les enfants sont venus au terme, mais celle qui est en travail n'a pas assez de force pour enfanter.

4. Le Seigneur votre Dieu a sans doute entendu les paroles de Rabsacès, que le roi des Assyriens, son maître, a envoyé pour blasphémer le Dieu vivant, et pour lui insulter par des paroles que le Seigneur votre Dieu a entendues. Faites donc votre prière au Seigneur pour ce qui se trouve encore du reste de son peuple.

5. Les serviteurs du roi Ezechias allèrent donc vers Isaié;

6. Et Isaié leur répondit: Vous direz ceci à votre maître: Voici ce que dit le Seigneur: Ne craignez point ces paroles que vous avez en-